



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCLXVIII. Parabola de Filio Prodigo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

tuâ & multorum à te reductorum hominum Conversione.

MEDITATIO CCCLXVIII.

Parabola de Filio Prodigo.

Luc. 15. v. 11.

PUNCTUM I. *Ait autem (aliâ Parabolâ explicans Gaudium super uno peccatore Pænitentiam agente) Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis Patri (utpote sicut junior, ita imprudentior; quemadmodum omnis peccans est imprudens) Pater, da mihi portionem Substantiae, que me contingit. Et divisit illis Substantiam (quâ utendum fuisset ad negotiandum; sicut Gratiam Sanctificantem & Habitus Supernaturales Virtutum Dei in hac vita secundum portiones proportionatas Meritis distribuit, ut eas per Opera Virtutum augeamus) Et non post multis dies congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit Substantiam suam vivendo luxuriosè. Sic omnis peccans mortaliter, dissipat Substantiam suam, nempe Gratiam Sanctificantem, Charitatem, & omnes Virtutes Morales, omniaque præcedentia Merita. Idque contingit, quia à Cælestis sui Patris conspectu longius discedit per oblivionem Divinæ Præsentie. Ne ergo tu tan- torum Bonorum jacturam facias pro voluptate, aut bono temporali levissimo; sed DEVM tibi semper præfentem statue, & magni æstima tibi divisam Substan- tiam, finémque divisione intentum, ut non solùm non dissipes, sed augeas Substantiam Paternam.*

Y

PUNCT.

PUNCT. II. Et postquam omnia consummasset, fuit famæ valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et adhæsit uni civium regionis illius. Et misit illum in vilam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem siliquis, & nemo illi dabat. v. 14. Considera miserum peccatoris. Amissâ enim Gratia, & Habitibus Supernaturalibus, Voluntas non amplius recitatur Gustibus Spiritualibus Rerum Divinarum Piarum Exercitationum. Et quia homo sine gaudio & pabulo Animæ esse non potest, sicut non potest esse sine cibo, ideo incipit servire Appetitui sensitivo iste autem jubet pascere porcos, sensibus nimis nimis bestialibus pabulum præbere, eodemque pabulo nempe siliquis voluptatum, sensus oblectantium, copit etiam Voluntas saturari; quas dum ad satietatem non obtinet (neque enim Voluntas potest cum portis communi cibo saturari) hinc algore & fame boni alicujus, quo satiari se posse sperat, cruciatum, mulque ignobili servitute ac turpissimarum voluptutum, velut siliquarum desiderijs, despabilis redditur ac illarum continuâ fugâ, & celeri transitu magis affligitur, quam satiatur. Pudeat ergo Ingenuum ac Deo genitum Filium tam foedæ servitutis, tandem in honestæ, molestæ, ac insatiabilis famis.

PUNCT. III. Considera, quomodo Gratia, exercitans ad Pænitentiam Justificantem, homini peccatori proponat felicitatem eorum, qui Deo serviunt amorem Filiali; & etiam eorum, qui Deo serviunt amorem Mercedis Æternæ, & ideo Mercenarij vocari possunt. Viciissim verò considera, quomodo etiam proponat propriam infelicitatem, & periculum æterni interitus. Unde peccator ad saniorem mentem,

ad rationem suam rediens , istaque secum perpendens , concipit propositum Pænitentiæ , & ineundæ cum Deo novæ Amicitiæ ; ut indicant illa verba : *In se autem reversus dixit : Quanti Mercenarii in domo Patris mei abundant Panibus (id est , Cibis & Medijs Spiritu- libus ad augendam & nutriendam Gratiam , ac Gusti- bus , & Solatijs veris & utilibus ad Vitam) Ego autem hic fame pereo ! Surgam (à peccatis meis , in quibus ja- ceo) O ibo ad Patrem meum , O dicam ei : Pater , peccavi in Calum O coram te (nempe in DEVM , qui in Cælis est , & qui Pater est nostri amantissimus) jam non sum dignus vocari filius tuus : fac me sicut unum de Mercenariis tuis (nempe non sum dignus Gratiâ Filiorum , & Favori- bus eorum , qui Amore Filiali tibi serviunt ; fac , ut iam capax Mercedis Æternæ , & per obsequia mea , tibi deinceps præstanda , illam merear) Pro hac Gra- tia excitante , tibi & alijs peccatoribus semper con- celsâ , gratias age , eámque tibi , & alijs precare . Ob- serva etiam formulam Corde Contrito & Humiliato eliciendi dolorem de peccatis , quæ in eo consistit , ut doleas de Deo offenso , ut Patre summè Bono & Amabili ; te ipsum despicias , & proponas Deo servire , etiam sine specialibus Favoribus Filiorum .*

MEDITATIO CCCLXIX.

Continuatio ejusdem Parabolæ.

Luc. 15.

PUNCTUM. I. *Et surgens venit ad Patrem (nimirum deserens consuetudinem peccandi , ipsumque pec- catum , gressibus & meritis Bonorum Operum venit*
Y 2 *peccator*